

## AD VITAM SANCTÆ CUNEGUNDIS ADDITAMENTUM.

*Monumenta Germaniæ historica*, Script. tom. IV, pag. 791. — « In codice Monacensi inter Ranshofenses n. 40, membr., sæc. XII, sequentia de Cunegunde, quæ Ranshofen prædium possederat, ejusque familia, leguntur, quæ a viro cl. Foringer exscripta, multa continent nova et notatu valde digna. » — Hæc D. G. Waitz in prolegomenis ad S. Henricum.

XVI Kal. Martii ordinatio Henrici imperatoris et A Chunigundis imperatricis.

XV Kal. Martii Gisila imperatrix, mater sancti Henrici imperatoris, obiit.

VI Kal. Martii adventus sanctæ crucis in Confungen.

III Kal. Martii Henricus dux, frater Chunigundis imperatricis, obiit.

Anno Dominicæ incarnationis 1033, indictione tertia, v Non. Martii, domina Chunigunda imperatrix Augusta dignæ memoriæ obiit.

VI Nonas Maii Theodericus Metensis episcopus, frater Chunigundis imperatricis, obiit.

VI Nonas Maii Ermindrut abbatissa, soror ejus obiit.

XV Kal. Junii Gisilbertus, frater Chunigundis imperatricis, Papiæ occisus obiit.

II Nonas Julii Chuonradus imperator Augustus, pater Henrici imperatoris, obiit.

III Idus Maii Liukart comitissa, soror Chunigundis imperatricis, obiit.

Anno Dominicæ incarnationis 1024, indictione septima, III Idus Julii, transitus ad translationem sancti Henrici imperatoris. Eodem die dedicatio Confungensis ecclesiæ, quando velata est domina Chunigundis imperatrix Augusta.

IV Kal. Aprilis Dietmarus, pater abbatissæ Uotæ, obiit.

XIII Kal. Octobris abbatissa Uota, filia sororis Chunigundis imperatricis, obiit.

II Idus Octobris Henricus, filius fratris Chunigundis imperatricis, obiit.

V Kal. Novembris Sigefridus Kunuz comes, pater Chunigundis imperatricis, obiit.

B Idus Decembris domina Hedwich comitissa, mater Chunigundis imperatricis, obiit.

Eodem die Agnes imperatrix, ejus consanguinea, obiit.

## SANCTI HENRICI

IMPERATORIS AUGUSTI

# LEGES ET CONSTITUTIONES

(Pertz, *Monum.*, *Germ. hist. Leg.* tom. II.)

Codicum Ambrosiani, Londinensis, Florentini, Vindobonensis, Veronensis et Estensis apud Muratorium ope Henrici II leges recognovimus. De anno cui ascribendæ essent dubitabatur; nos 1019 prætulimus auctoritate codicis Ambrosiani indictionem tertiam indicantis, et altero qui in calculum venire poterat, anno 1023, expeditionem Italicam annorum 1021 et 1022 propius subsequente.

Heinricus <sup>1</sup> Dei gratia miserationis <sup>2</sup> Romanorum C imperator Augustus. Omnibus nostris fidelibus præsentibus etiam et futuris notum fieri volumus, quod semper rei publicæ providentes, quæ digna sunt, probabilium <sup>3</sup> personarum nostri imperii fidelium acceptione <sup>4</sup> disponimus. Cum tempore auctumni <sup>5</sup> in parte Elisantiæ <sup>6</sup>, nostri regni pro utilitate multimoda, moraremur <sup>7</sup> in civitate Argentina, quæ vulgari nomine Strasburge <sup>8</sup> vocatur, multorum perlatum <sup>9</sup> est a nos relatione, quod plurimi tunc erant, qui sub occasione his periculis laborabant. Unde etiam digna provisione omnibus succurrentes, adtestatione laudis quam plurium nobis adstantium fidelium, archiepiscoporum Mediolanensis videlicet et Ravennensis <sup>10</sup>, episcoporum <sup>11</sup> quoque Strasburgensis <sup>12</sup>, Placentini, Cumani Vercellensis, par-

### VARIE LECTIONES.

<sup>1</sup> *Versus in L. V. Vn. E. Regis Henrici lætantur lege mariti. Præfatio tota deest in Fl. <sup>2</sup> deest L. gratiæ miseratione V. Vn. E. <sup>3</sup> probabiliūque L. <sup>4</sup> a al actione L. <sup>5</sup> optumni in marg. hoc est indic. III. Amb. <sup>6</sup> hærisantiæ Vn. erisantiæ E. <sup>7</sup> demoraremur L. <sup>8</sup> straburge A. transburgie L. transburg V. Vn. E. <sup>9</sup> prolatum A. perlatu ad nos relatam est L. <sup>10</sup> trauerensis A. rauensis V. Vn. <sup>11</sup> e. q. t. p. c. vercellensis in marg. supp. Vn. <sup>12</sup> tranburgensis A. transburgensis L. V. Vn. E.*